DECLAMATIO RHETORICA LITERALIS,

DEBITUM IN OBSEQUIUM, AMPLISSIMAMQUE laudem diffusa, extensaque in honorem, nullum per ævum periturum, nobilissimi Herôis, Hispaniarum Dynastæ, inclytissimæ Stellæ, imò totius Orbis Solis micantissimi,

SANCTISSIMI SCILICET PRÆDICATORUM PATRIARCHÆ DIVI DOMINICI DE GUZMAN,

QUI IRREFRAGABILI NOBILITATIS, SANCTITATIS, & Doctrinæ Stemmate decoratus, fulgentissimis, postque hominum memoriam celebratissimis radijs Ecclesiam, Orbem, Hispaniam, Oiasque terræ remotissimas affatim illustravit,

PROLATA IN ALMA METROPOLITANA, ET PATRIARCHALI ECCLESIA HISPALENSI, die prima mensis Decembris, anni Domini millesimi septingentesimi quinquagesimi octavi.

A D. ANTONIO SALVATIERRA, TABARES, ET BARRA,

ALUMNO TERTIJ, ET QUARTI GRAMMATICÆ Gymnasij, Collegij Majoris Divi Thomæ Aquinatis, in cujus amœno Lyceo faustum ostendunt Scientiæ Theatrum, ac tàm doctrinâ, quàm virtutibus Ingenia fæcundantur, vt effatæ Nobilissimæ, Fidelissimæque Civitatis decorum sint ornamentum, & reiterata Universitatûm, Academiarumque demiratio, in quibus literariæ operæ assiduâ exercitatione versantur, probaque rudimenta Hispanicæ Monarchiæ aptiora erudiuntur.

ET EFFORMATA A R.P.Fr. FERDINANDO LOZANO, in eodem Collegio Majori humanarum Literarum Magistro.

QUAM IPSEMET ORATOR TYPIS COMMENDAT, ob specialem, quo inter plures eminet, affectum ergà Sanctum, quem extollit.

[illegible]

[illegible] PATRIARCHAE

DIVI DOMINICI DE GUZMAN,

[illegible]

TOLETANAE ... ECCLESIAE METROPOLITANAE

[illegible]

A D. ANTONIO SALVATIERRA,

TARRAGA, ET SARRIA,

[illegible] GRAMMATICAE

[illegible]

EN tandem aliquando Guzmanorum Stellam, nobilitatis luce, lucisque nobilitate, præfulgentem (Præses, & dotibus, & meritis insignis, quem dum stemmatis amplitudo, & decus exornat, scientiarum Dea, cujus in Arce mille virtutis, & peritiæ monumenta renident, satis superque condecorat. Amplissime Confessus, Minervalisque adstantium cohors, quæ tanta omnibus antecellis ingenij claritate; vt famam eloquij expectatio sapientûm, expectationem Magistrorum veneratio, venerationem Herĉum admiratio superaret.

Undique Magnates properant, memorique sub ore,
In tua percelebres aptant præconia voces.)

En tandem aliquando (ajebam) Guzmanorum Stellam, nobilitatis luce, lucisque nobilitate, præfulgentem, frontisque in firmamento fixè, immotèque surgentem, Cœlo, soloque divinitùs coruscantem (*terra feret stellas sidera fixa Polo*) vel tergeminis honorum titulis efferre, vel laudûm

 præ-

præconijs terque, quaterque proſequi contendimus.

Benè quidèm, meisque deſiderijs ſatis feliciter aſpirante fortunâ, de illius mihi Magnatis non minùs ſanctitatis, quàm Doctrinæ, & ſtemmatis honore celebris, quem nulla temporis injuria delebit, nec vlla hominum contentio, aut vetuſtatis oblivio obnubilabit, laudibus hodierno die diſſerere demandatum eſt. De laudibus ergò (vno verbo complectar) Divi DOMINICI de Guzmàn, qui vir clariſsimus, Mundi fax, & ſplendor, Eccleſiæ Columen, Fidei clypeus, Naturæ miraculum, & denique Prædicatorum Ordinis Fundator Auguſtus, qui, & Heſperiæ, & Orbi plurimum nobilitatis, & doctrinæ attulit, vel à primo lucis Oriente, gratæ laudationis brevitate dicere incipiam.

Dominus Felix de Guzmàn Heros nobiliſsimus, vtpotè illuſtri Guzmanorum origine profectus, & Domina Joanna de Aza, pari cum viro ſtemmate præfulgens fœmina, Dominicum omnibus gratiæ, & naturæ dotibus inſignitum à Domino ſuſceperunt. Materno in vtero adhuc reconditus, multo, & quidem præfauſto omine vaticinatus eſt. Viſus eſt etenim inſ-

tàr

tàr catelli faculam in ore geſtare; qua totum terrarum Orbem accendebat, & inflammabat. Simul ac natus, & ſacro fonte renatus eſt, oculis eſt obſervata in ejus fronte collucere ſtella, ſuis vt radiorum ſpiculis diem clariorem efficeret, noctisque tenebras penitùs fugaret. In cunis etiam vagientem apûm examine, vt de Divo Ambroſio recenſetur, circumdatum, quod ejus os involitare intenderit, & Divini Neſtoris facundiam prædixerit, memoratur. His ergò, & alijs miris prodigijs, & cœleſtibus prognoſticis in lucem editus, primam pueritiam in Angelica cordis, & animæ puritate tranſegit. Ut primum ex pueris exceſsis DOMINICUS, atque ab ijs litteris, quæ humaniores vocantur, & queis ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet, totum ſe ad liberalium Artium, Theologiæque ſtudium, in quo celeritèr antecellere omnibus ingenij gloriâ contigit, & ex quo fæcundos virtutis, & doctrinæ theſauros comparavit, impensè, & diligentèr adjecit. Adeò ſeriò in litterarum ſtudia virtutibus copulata incubuit, vt nulli rei, niſi vtili lectioni, rerum Divinarum contemplationi, fundendis precibus, ſpiritualibus Hymnis, Sanctiſsimæ Euchariſtiæ cul-

tui, omnique virtutum generi vacarit. Hinc ergò misericordiâ dives, charitate fervens, virgineâ puritate redolens, pollens humilitate, cæterisque præclaris dotibus, quæ Apostolicum Heroem elaborant, opulentus, ad munus prædicationis, trigesimum ætatis annum enumerans, se accinxit.

Sed quâ virtutis voce? Quâ efficaci verborum suavitate? Quo spiritûs fervore? Quo animarum zelo? Quo audientium fructu? Plenus est verborum ejus radijs totus Orbis, plena prodigijs Catholica Fides, plenum encomijs fidelium theatrum, quæ quidem omnia ad memoriam sempiternam immortalis Cithara decantat.

O Pater, ex vtero fulsisti lumen, ab ortu
Doctrinis radias, templa calore foves.
Fax intùs, sed stella micas Baptismatis arâ,
Te potiùs dicam fragmen abesse Poli.

Verùm enim verò cùm in Oppido Albi infamis Albigensium hæresis debacharetur, DOMINICUS, vt Domini custos, sedulusque Fidei sator, errorum tribulos, quos amens, cæcaque Navatorum turba per Catholicorum ar-

va disseminare conabatur, evellere radicitùs curavit. Omnia quidem illi felicitèr acciderunt; quippè sanctissimâ vitâ suâ, & Cœlesti doctrinâ, miraculorum gloriâ, centum millia hæreticorum, erroribus adjuratis, convertisse perhibetur. Quid mirum! Si Sol illuminans per omnia respexit, vt ait Ecclesiasticus, & gloriâ Domini plenum est opus ejus. O lux! O Stella! O Sol! O Guzmanorum Pater nobilissime! En carmina dico.

Crevit,& in mundo quàsi Sol in culmine fulsit,
Quo magis erecto, corporis vmbra perit.
Detegit errores, fierent vt luce capaces
Orbe homines,fugeret noctis & vmbra simul.

Sed hunc Solis omni ex parte radiantem ortum, & occasum, stellarumque emporium in ordine suo positum, & ab ipso illuminatum, & stabilitum Hispanica modulatio confirmat.

SOL, y Luna hagan frente, Estrellas, y Astros
Estrellense en brillar, y sus reflexos,
Si arrostran del Guzmàn la noble Estrella,
Buena cara tendràn los lucimientos.

CONviden, pues, à Urania, que contempla
El tachonado globo de Luceros,
A que obſerve vna Eſtrella, que en *Domingo*
Naciò, y ſu luz eſtà por eſſos Cielos.]

AStronoma dichoſa, y culminante
Regiſtra allà en el gyro del deſvelo,
Naturalezas, propriedades, cauſas,
Latitud, magnitud, ſitios, y aſpectos.

CON ſu Globo en la mano, y Aſtrolabio,
Deſcubre en el Zenith con culto anhelo,
Nuevos fondos de luz en vna Eſtrella,
Que, ſin ceſſar, alumbra el Univerſo.

SIgno feliz! exclama, arrebatada
De vn embeleſo dulce; vn Aſtro nuevo
Luce en materno clauſtro antorcha ardiente,
Deſpues ſe eſtrellarà en nueſtro Emiſpherio.

EL prognoſtico empieza laureada
De ciencia Aſtral, Urania, en el congreſſo
De los dos Luminares, y aſsi dice
Entronizada en domicilio regio:

Por

POR àqueſte Syſtèma de los Aſtros
Se verà vn portentoſo Phenomeno,
Nacerà vn Càn celeſte, cuya boca,
Fuego de Dios, què luces, y què incendios!

HOroſcopante en Caleruega, dora
De los Orbes azules todo el centro,
Y gyrando benevolo, ſe exalta,
Vuelto en Eſtrella el luminoſo Cuerpo.

LA irradiaciòn diurna de la Aurora
Le firma Signo de felìz ſuceſſo;
Pues de ſu Oriente bella dominante,
Domicilio le dà en ſu miſmo ſeno.

HASTA el Delphin de luz ſe eleva, y mide,
Zonas, Planetas, Aſtros, Paralelos,
Deſpues ſerà, batiendo el Orizonte,
Sol, Monarcha fecundo en ſus deſtellos.

PRoducirà vn ſin numero de Eſtrellas
Pueſtas en orden, y con tal concierto,
Que vnidas contra el Syſara Othomano,
Un eclypſe total avrà en ſu Reyno.

ESTA Heliaca antorcha, con ſus brillos,
Soſtendrà de la Igleſia el globo bello,
Y vna maquina, à el vèrſe ruìnoſa,
Serà eſtable en ſu Emporio, y en ſu Imperio.

EN territorio, à quien Mavorte influye,
Al ſegundo Quadrangulo ſujeto,
Su lucir ſerà aſſombro, y tan milagro,
Que ſu voz pueda reſucitar muertos.

LA coſecha de flores, y de frutos
Serà abundante, pues ſaldrà de à ciento
Y cinquenta, yà es todo Primavera,
Y el Siglo de Oro, ſi antes fuè de yerros.

EN magna conjuncion con otra Antorcha,
Que en cinco bocas vierte amor immenſo,
Se veràn los Monarchas jubiloſos,
Y el mas elado clima arderà en fuego.

POR ſu influxo ſe vè vn Geſe cadente,
Y otro exaltado en vn Paìs ameno
Del Quadrante Segundo, y de la docta
Terrea triplicidad, ò Signo ſexto.

Mili-

MIlicianos recluta, aliſta Tropas
Inſigne General, Capitan dieſtro,
Y en la Corte Mayor feliz exerce
Bien del Sacro Palacio el Magiſterio.

FUndarà vn Tribunal, à quien Aſtrèa
Con la Palma, y Oliva le dà aumento,
La pravedad Heretica ſe abate,
La Fè ſe encumbra, cierto es ſu trophèo.

CON alegre ſemblante eſtarà el Orbe
Con eſte Sol, que en ſanos promptos buelos
Corre yà por la Eclyptica gozoſo
A el tumulo de luz, no, à oriente nuevo.

NO ay que admirar, que ignòre de ſu ocaſo
El ſitio vn Luminar, que es noble, y bueno,
Y menos, que aſſociado de la Aurora
Hàlle en ſus brazos eſplendor eterno.

ESTE es mi vaticinio, que publico,
Aqueſte mi prognoſtico, y proyecto,
Y aora la Ciencia Syderal concluye
Con el Dios ſobre todo por Laus Deo.

Poſ-

Postquàm igitur Sanctissimus Patriarcha DOMINICUS luminaris majoris viam perfecit lucidissimam, munusque omnia invisendi, omnia audiendi, felicitèr obivit, Bononiam regressus, vbi generale Capitulum celebravit, lethali capitis correptus est ardore, quo se à corpore mortis hujus liberandum, & ad Cœlites eundum intellexit. Nam paulò ante cùm ferventes ad Deum preces de more fudisset, apparuit illi Dominus, his eum verbis allocutus.

Dulcis Amice, veni; quid adhuc mea vota moraris?
Frondoso ex Libano dulcis Amice veni.
Gaudia vera poli delectant, posside planè,
Festina, vt capias gaudia vera poli.

Hâc equidem voce sponsi ad nuptialem thalamum, braviumque supernæ retributionis invitantis auditâ, extremum laboris diem, & quietis primum, jam propiorem fieri exultabundus aspexit. Quamobrem jussos ad se venire omnes filios illius Cœnobij Accolas ad amorem Dei, religiosæ vitæ perfectionem, & virgineam puritatem, quam ex vtero matris vsque ad mortis articulum peculiari Dei munere illibatam servasse declaravit, eamdemque vigi-

vigilijs, orationibus, & familiaris cum fæminis alloquij recessus (vbi omnis poterit expectare triumphos) servandam admonuit, ardentibus, cœlestibusque quodammodò verbis excitavit. Hinc perceptis singulari pietatis affectu Ecclesiæ Sacramentis, anima ejus purissima de custodia corporis educta, virtutum insignibus exornata, & miraculorum gloriâ expolita, ab Angelis est in gloriæ libertatem, & perenne gaudium, vt immarcescibilem coronam innecteret, sublata. Sed vt nos similem felicitatem consequamur, vestigia ejus sectantes, gratum præsidium exoremus.

O Virginal Antorcha, que produces
Luces,
Y esmaltada de puros arreboles,
Soles,
Que en tu rostro yà vn Cielo fixo sellas,
Estrellas,
Brillantes, y con candidos esmeros,
Luceros.
El Mundo con afectos verdaderos
A tu santo esplendor, y noble aspira;
Pues en tu frente, como en Cielo admira,
Luces, Soles, Estrellas, y Luceros.

O Eſtrella pura, que hace à la de el Alva,
Salva,
O ſi yà mi prognoſtico no yerra,
Tierra,
Que lleva Eſtrellas, y Aſtros eslabona,
Y Corona,
Para luſtre mayor, y lucimiento,
El Firmamento.
Tu eres, ò Guzmàn, el ornamento
De ambos Orbes, y en eſſe tan brillante,
En que eſtàs, por tu merito Gigante,
Salva tierra, y Corona el Firmamento.

O Vergèl, que dàs flores oloroſas,
Roſas,
O luz, que aſſomas, quando à el Sol diviſas,
Riſas,
Y ſi vès de la Aurora roſicleres,
Placeres,
Que matizan tus candidas, y amenas,
Azucenas.
El Jardin de la Igleſia, ò Guzmàn, llenas,
Con las plantas, y flores, que amanecen
Frutos de honor, y en el Zenith florecen
Roſas, riſas, placeres, y Azucenas.

O

O Sol, y ſal, que tienes en tus manos,
Sanos
Llenos de guſto, y luz; pues por tan buenos,
Senos,
Fertilizan, y abundan los Paìſes,
De Liſes,
O Roſas, con que al Reyno nos conduces,
De luces.
En eſte, pues, à todos introduces,
Guiados de tu noble, y fixa Eſtrella,
Porque gozen eternamente en ella,
Sanos ſenos de Liſes, y de luces.

DIXI, ET CESSI.

Nacto permiſſu, Hiſpali, ex Typographia Majori Civitatis.